

10029

Bibl. Jag.


IV



10029

Kopie dokumentów alit grodzkich
i ziemskich lwowskich

/sygn. dawna: Pmyb. 72/60 i 73/60 /



1503.

Jau. 106.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
 rei memoriam. Celebris et diuturna ^p Principum
 consuetudo hoc instituisse cernitur a seculo,
 ut ^{ut} quicquid vel coram gestum sit, vel ipsa
 confirmationis robore perpetuat, ^{id est} propter
 rei geste notitiam literarum perhennium
 tenoribus comendari debeat. Proinde nos
 Alexander Dei gratia Rex Polonie, ^m Magnus Dux
 Lithvanie ⁿ Nec non terrarum Cracovie, Sandomirie
 Siradie, Lancicie, Cujarie, Russie, Prussie
 Culmensis, Elbingensis, Pomeranieque ^{omnis} ~~et~~
 heres etc. Significamus tenore presentium
ⁿ universis, quibus expedit presentibus et futuris
 harum notitiam habituris, Quia pro conditione
 meliori civitatis Leopoliensis nostre, ^{volentes}
 ut in suis amplietur conditibus ^m Consulatu
 Civitatis ejusdem in limitibus Honorum
 immobilium ad praefatam civitatem ex antiquo
 pertinentium, et praesertim in Rivulis
 Brzechovicza salvo tamen jure et Justitia nostris
 ac cujuslibet, Thabernas, Kmethones, ortulanos
 et agricolas denuo locandi, Piscinas quoque et
 molendina in eisdem Rivulis erigendi, fundandi
 et faciendi consensimus, consentimusque tenore
 presentium mediante, Per ipsos Consules
 Leopolienses pro tempore existentes predictas
 Thabernas, Kmethones, ortulanos, agricolas piscinas
 et molendina juxta antiqua dicte Civitatis privi-
 legia cum prerogativis, proventibus et emolumentis

orig.

orig.

orig.

/

in privilegiis ejusdem civitatis descriptis. Aliisque
ex eisdem denuo locatis, erectis et fundatis pro-
ventibus, censibus, laboribus, daciis, solutionibus
annuis et septimanalibus. Cum omnique Jure,
Dominio et proprietate, Nihil Juris, Domini
et proprietatis nobis successoribusque nostris
in eisdem denuo locandis emethonibus, staberna-
toribus, ortulanis ac piscina et molendino erigendis
reservantes. Tollendum percipiendumque nostro accedente
consensu alienandum et pro meliori civitatis
conditione juxta temporis necessitatem conver-
tendum. Sicque regendum et disponendum prout
melius et utilius ipsis consulibus videbitur
expedire. Salvis Juribus nostris Tenore presentium
mediante in perpetuum. In cujus rei testimonium
sigillum annulare nostrum presentibus est
subapposuitum. Actum Vilne feria quarta pro-
xima post festum Sancti Stanislai in Majo
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tercio.
Regni vero nostri anno secundo. Presentibus
ibidem Magnifico Venerabilibus et Generosis
Petro Mijskowskij, Palatino Lanciciensi,
Johanne Rapstynskij de Janecyn, Curie nostre
Marschalco Sandomiriensi et Ploczensi Capitaneo,
Johanne de Laffo Cancellario Gnezniensi Supremo
secretario nostro, Nicolao de Cyczko Decano

2
Cracoviensium Ecclesiarum, Petro de
Wroczyńmowicze Dapifero Cracoviensi. Johanne
Seniore Buczaczkij sincere devote et fidelibus
Dilectis. Ceterisque quampluribus Consiliariis
et Curieis nostris circa premissa
testibus. Datum per manus prefati
venerabilis Johannis de Lassko supremi
secretarii nostri.

Alexander deigracia Rex
manu ppria ffpt. mp.

Relatio ejusdem Venerabilis Joannis de Lassko
supremi Regie majestatis Secretarii.

Pieczec' brakuje na jedwabnym oznurku z nici
amaranthowych i safirowych skreconym.

In nomine domini amen sub Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo quingentesimo tercio Indicione r. 1503
 quinta pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri diuina providencia pape
 Sexti anno ipsius undecimo die vero Solis vigenimaquarta Septembris hora meridiei vel quasi in domo et stu-
 ba murata dominorum Canonorum ex opposito Ecclesie Metropolitanae versus meridiem in Leopoli sita In
 mei Notarij publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia Constitutj
 personaliter Venerabilis dominus Johannes Mystrowsky Prepositus et Rector hospitalis actor principalis ab una
 et famosi domini Breconsul et Consules Leopolienses Tutores domus pauperum prefati hospitalis ex aduerso
 principales ab altera partibus In causis et questionibus inter dictas partes vertentes de et supra regimine
 hospitalis prefati Economy positionis, Testamentis, duobus Kmettonibus in podborcae, vicia, Tabula petitoria,
 presentibus ^{heteris} porcionis, et rerum morte pauperum derelictorum, et duobus altaribus in predicta domo paupe-
 rum constructis, pro quibus diutine coram Venerabili domino Stanislao de Straebochowo Canonico et Offi-
 ciali Leopoliensi generali fuisset et esset litigatum usque ad diffinitive sentencie prolationem exclusiue et
 illam occasione volentes ipse partes hinc inde parcere laboribus litibus sumptibus et impensis ac etiam
 de predicta causa principalj et toto processu seu processibus coram memorato domino Officiali Leopoliensi ha-
 bitis, et de omnibus conquestis et emergentibus ex eisdem, pro se et suis heredibus ex pacto inter ipsas partes
 habito in arbitros compromittere voluntarie Ordinationibus melioribus modo via casa forma stilo et ordine
 quibus efficacius potuerunt et debuerunt melioribus concorditer elegerunt constituerunt fecerunt et ordinaue-
 runt venerabiles dominos Johannem Grovycaky decanum Magistrum Thomam de Drohabica et Nicola-
 um Kotosz de Loscaicze Canonicos Leopolienses arbitros et compromissarios arbitratores Laudatores et ami-
 cables compositores presentes, dando et concedendo eisdem arbitris Liberam et plenariam potestatem in pre-
 missis et singulis premissorum de plano et sine strepitu et figura Iudicij examinare et cognoscere de processu
 et tota causa predicta Quodque debeant decidere et determinare predictas causas et questiones die sequenti qui
 terminus cedit in vigenimam quintam Septembris Et ex iusta causa predictum opus et terminum prorogare vale-
 ant et possunt, et prescriptos pronuciare vel diffinire vel laudare precipere et arbitrare ab alto et basso, Voca-
 tis tamen dictis partibus aut ipsarum parium procuratoribus prout eis videbitur terminare et ordinare
 semel uel pluries conuincim vel diuisim simul vel alter eorum ordine Iuris obseruato vel non obseruato,
 ordinarie vel extraordinarie diebus feriatis uel non feriatis sedendo uel stando, verbo uel in scriptis vel qua-
 litercumque et quomodocumque prout ipsis videbitur melius expedire nec pretermisso obstare omni hora vel loco
 utraque parte absente vel utraque parte presente, vel altera parte absente tamen citata Et quidem vnus possit
 pro se sine alijs pronuciare ~~seu~~ et sententiam arbitralem legere vicem pro suis dominis et successoribus per solennem
~~rem~~ stipulationem predictorum dominorum eorum ad que facienda speciale mandatum habentes stare parere et
 obedire eorum laudo et arbitrio positioni pronuciacioni preceptis seu precipiendis emologare comprobare et
 in nullo conuenire quacunque ratione uel causa seu modo Iure uel facto verbo uel opere per se uel interpoi-
 tam personam que uel quas inter eos super quocumque aut similiter aliquo premissorum seu rerum occasi-
 one dixerint fecerint seu pronuciauerint laudauerint aut arbitrati fuerint Quodque prefate partes contra eos

et eorum preceptum laudum et pronunciaionem seu arbitrium non appellabunt nec appellacionem consequen-
tur nullum resciptum uel priuilegium per se uel per alium impetrabant nec impetratis utentur, nullam ex-
ceptionem opponant restitutionem in integrum non petent nec illud corrigi seu emendare per superiorem uel
aliquem Iudicem postulabant. quomodocumque non utentur cuiuscumque Legis uel canonis, statuti uel consuetu-
dinis beneficio quod viciat seu viciari uel infirmare valeat huiusmodi compromissum in totum uel in parte
sive ex persona arbitrij sive ex personis compermittentium sive ex forma compromissi vel arbitrij seu ex rebus uel
causis, de quibus compromissum est sive quacumque ratione, quod si fecerint in aliquo contra premissa uel con-
tra aliquid premissorum venient promiserint solemniter ut dictum est sibi inuicem partes ipse, quod si pars ar-
bitrium seu laudum in totum uel in parte non seruans subit pene quam domini arbitrij posuerint inflixerint
et vallauerint Et si aliquam partium pronunciaionem sententiae seu laudo in parte uel in toto fuerit soluta
pena huiusmodi vallata Rata nichilominus remanebit arbitrari sententia tocens quociens rem ipsam contige-
rit attemptare Sotusque processus et omnia acta super premissis habita ipso Jure non teneant neque valeant qua-
si acta et facta non fuissent Promittentes ipse partes omnia et singula premissa et quidquid dicti arbitrij
Laudatores et amiables compositores dixerint pronunciauerint preceperint laudauerint et decernerent rata
grata atque forma in omnibus punctis articulis et clausulis tenere et inuolabiliter obseruare sub penis vallatis
et omni bonorum suorum tam mobilium quam immobilium obligatione et Spoteca Super quibus omnibus et
singulis premissis predictj domini compromittentes peccerunt a me Notario publico infrascripto hoc presens
ipsis fieri et conficij publicum Instrumentum Acta sunt hec anno Indicione pontificatu die mense hora et
loco quibus supra Presentibus Honorabilibus et discretis dominis Simone de Gorke Sacristiano et Michaelo
de Busko Vicecancellario Ecclesie Leopoliensis Benedicto de Wratislavia Arcium Baccalareo et Scote Leo-
poliensis tunc Rectore Felice de Tuchola eiusdem scote locato et Caspero Scheen Laico de Leopoli ac alijs
quam pluribus fidedignis testibus circa premissa.

Et ego Bernardus Simonis de Leopoli clericus diocesis Leopoliensis publicas sacra apostolica auctoritate
Notarius Quia predictis compromissioni ^{presentatis} ~~probationi~~ Ratificationi aliisque omnibus et singulis
premissis dum sic ut premititur fierent et agerentur una cum prenomminatis testibus presens
interfui Etque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audiui Ideo hoc presens publicum
Instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam ~~reg~~ redigi
signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi et communui In fidem et testimo-
nium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Na boku znak notarski.

Alexander dei gratia Rex polonie Magnus Dux Lithu-
anie Russie Prussieque Dominus et heres etc. Significamus
tenere presentium quibus expedit uniuersis Ciuium in adiumentum
ferendorum onerum et laborum quibus Ciues et Incole Ciuita-
tis nostre Leopoliensis grauati sunt menia urbis stagnantes
atque fossas abaque propugnacula circa urbem partim in-
staurando partim uero de nouo extruendo, Decernimus superiori-
bus literis ne quis externus siue sit mercator siue alterius
cuiuscunque conditionis qui negociandi gratia Leopolim uene-
rit, possit ab externis negociatoribus qui illuc mercatum con-
fluunt qui non habeant Jus Ciuitatis Leopoliensis ~~habeant~~^{biennij}
spatio quascunque merces emere, nisi prius Ciues et mer-
catores Leopolienses, eiusmodi merces emerint, a quibus
Deinde ceteri homines externi quicquid opus est emanant. Nunc
itaque eiusmodi concessionem ratam habentes Iterum De-
cernimus ut si qui externi fuerint reperti qui illic aliquid
priusquam Ciues et Incole predicto biennij spatio emere
audeant ab externis mercatoribus ut eorumdem emptorum
merces predictae empte confiscentur et pro necessitate
instauracionis menium urbis aggerumque et fossarum
atque aliorum propugnaculorum conuertantur. Harum
quibus Sigillum nostrum est subappensum Testimonio lite-
rarum. Datum Sandomiriae die Dominica ante festum Sancte
Barbare virginis Anno Domini Millesimo quingentesimo tercio,
et Regni nostri Anno Secundo. -

+ Johannes de Laszko Cancellarius scripsit, eo tamen saluis quod ipsi
Ciues Leopolienses procurent decretum istud Mercatoribus ab harum
Ciuitatum tempestiue intimari. -

Udolu ne okrawku pergaminowem zawieszona pieczęć nos,
Nowa wielka kancelarska. -

1773

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Ex. Fac. 289


Nos felix de Balucayn Iudex necnon Johannes de Dawydo subiudex terrestres leopolienses generales r. 1504.
 significamus tenore presencium quibus expedit generaliter vniuersis Quomodo veniens personaliter
 in presenciam Iuris terrestris Generos Raphael de Syenyawa vexillifer haliciensis libere recognouit
 Quia villas regales tenete sue videlicet Dobrzany et Syobyane iuxta consensum Regie maiestatis Nobi-
 li Johanni Dajedoszyckiy in quadringentis et triginta maris monete et numeri polonialis consueti
 marcam in quamlibet compactando quadraginta octo grossos modo obligatorio obligauit et inscripsit iuxta
 consensum et literas Regie maiestatis lacus canentes et intromissionem in easdem villas per Ministerialem quem
 sibi elegerit presentibus dedit et admisit cum omni Iure et dominio et proprietate nichilque in eisdem villis per se
 et suis successoribus penitus reseruando per ipsum Johannem Dajedoszyckiy et suos successores tenendum haben-
 dum usufruendum et possidendum a data presentis inscriptionis usque ad plenariam dictarum quadringenta et
 triginta marcarum solutione in literis Regalibus contentarum Super quod memoriale posuit et Iudicium recepit
 Actum et datum leopoli feria sexta ante dominicam Iudica proxima Anno domini Millesimo-quincentesimo-quadro
 presentibus ibidem Generosis et Nobilibus felice de Balucayn Iudice Johanne de Dawydo subiudice terrestribus
 leopoliensibus Raphaele de Syenyawa vexillifero haliciensis Andrea Herborth Nicolao Vaglyonsky Johanne Daje-
 doszyckiy Georgio Lyesnyosky et alijs fide dignis In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt
 subappensa.


U dotu na rżomykach pergaminowych wiszą dwie woskowe pieczęci z herbami Balucaynskich i Dawydoszkich.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae,
 magnus Dux Lituaniae, Rusiae, Prussiae, Maso-
 viae, Samogitiae, et dominus et haeres. Significa-
 mus tenore presentium quorum interest, uni-
 versis et singulis, ad quorum notitiam hae no-
 stra pervenerint ~~hinc~~ litterae. Quod exhibitae
 sunt coram nobis nomine Venerabilis Anto-
 nii Radykowskii Premyslensis et Samborien-
 sis Vladice litterae, in libro veteri thesauri
 Ecclesiae Samboriensis reperiuntur, idiomate ac lite-
 ris Ruthenicis descriptae, illustris olim du-
 cis Leonis filii Regis Danielis, tenoris in-
 scriptae, continentis in se donationem
 certi praedicti. Supplicatumque nobis est, ut
 illas auctoritate nostra Regia confirmare
 dignaremur, quarum quidem tenor seu exem-
 plum de verbo ad verbum fideliter descrip-
 tum sic se habet. My kniaz Lew syn krolia
 Daniela xmorivoxi sie x Bojary naszemu
 dawamy y pzedalimny xiemi abo taha abo
 sianoxat w miexach obtoznich na Dnie-
 strom xreka hu swisthemu Spasen ~~hinc~~
 hoxciotu Monastera Abrahamowi Bisku-
 powi y Klumieniorwi naszemu Jęremienio-
 wi y pzedalimni tho na wieki wieczne
 swisthemu Spasen xiemi i taha lexaxa
 misdxy xxioty naszemu Torxinowice a
 Toranowice. A ktoby pzedstapit xlowa
 nasze a chexiatby poruxye je, sad mamy
 xriem pzed Bogiem. Nos itaque Sigis-
 mundus Augustus Rex supplicationi praedictae
 annuentes litteras jam insertas signi-
 dem praedictus Venerabilis Antonius in
 possessione praedicti praedicti haecenus perman-

sit, in omnibus earum punctis, clausulis, arti-
culis et conditionibus auctoritate nostra Re-
gia approbandas ratificandas et confirman-
das duximus approbamusque, ratificamus
et confirmamus per presentes donationes eas
omniague in eis contenta robur debite fir-
mitatis obtinere debere harum, quibus sigil-
lum nostrum est subappendum testimonio
litterarum. Datum Warochovis feria quinta
post festum Sanctorum Simonis et Iude
Apostolorum Anno Domini millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo sexto Regni vero
nri vigesimo septimo. Joannes Bexeski
R. P. lanc. d. S. R. P. Relatio Magnifici
Joannis de Bexeschino Regni Polon. lan-
cell. Cracoviensis generalis Sacerdotum, Alsirienq.
Capitanei ac terrarum Cracoviensis Succamerarum

2 kopio wierzytelnej wystawionej przez Porro-
towa Dyrekcje Skarbu w Samborze pod dniem
3 Listego 1770






Sigismundus Augustus dei gratia rex Poloniae,
 Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mavoria
 et dominus et haeres, significamus tenore presen-
 tium quorum interest universis et singulis presen-
 tibus et futuris harum notitiam habituris. Cum
 nunti ex Conciliariis nostris obtulerunt nobis
 nomine venerabilis Antonii Przemysliensis et
 Samboriensis Wladislaw, litteras in pergamento cha-
 racteribus ac lingua Ruthenicis descriptas fl-
 lustris olim Leonis unius ex Lithuania Duci-
 bus, cum sigillo ejusdem appenso tenoris infra-
 scripti. Supplicatumque Nobis est, ut illas
 auctoritate nostra Regia approbare, ratificare
 et confirmare dignaremur, quorum quidem ex
 lingua Ruthena in Polonicam legitima ver-
 sis, quam in Cancellaria magni ducatus no-
 stri Lithuaniae fieri mandavimus, de verbo
 ad verbum sequitur et est talis. Otho ja kwis-
 ze Lien syn Daniela krola Bozia mitowia
 gdziemy Cerkiew domu Bozia dali murosowax
 przetraxenia swietnego Spasna w kowcielo
 monastera miedzy rekami Dniestrem i Dub-
 nem dzisia y za pryrokom nawyeh, za oycza
 mego krola Daniela w thim klawatorze drze-
 wiana Cerkiew byla. A my na fote Bozia
 y na pamienex pryrokom naszym, obnowili
 na tho mioszoxe murosowax thedi k'robocze
 thei ~~za~~ Cerkwi wieliomy pietnaxoxie ms-
 xon we wsi Wotkowi kowciela naszego wiel-
 kiego Litewskiego do robotki Cerkwy thei, xebi
 robili do konca domu thego Bozego, thezomny
 ich osadzili na brzegu Dniestra, thedy przeda-
 jem ich i prxypryjem wozyothkich thei Cer-
 kwi swietemu Spasnu na wieki siny ich, i po-
 nich bedaonych, aby byli podlugi x nich Cer-
 kwij takie swisthei, i Biskupur naszemu
 oyczu Larwom, i po nich bedaonych Staroxych

w them kłaxtorze, kogo po sobie wothawi Władci.
ke Archimendrita albo Yhumeny - swobodnich
ich xynim we woxysthym oth boiarx, synow
i brzewnich nasyeh, w daniach i w posiereborxi.
nach nasyeh i we woxysthich podaxkach swie-
bodnich ich xynim. Jedno ko cirkwi do mona-
styra robotxa i posierreboxyxa s nich Bo-
gomolexon nasyym, kłoxey po nasyym xyno-
wie beda czerkiem Boza wystawiaax, Pana
Boga prosix za prxotki nasze i za nasze
bojacy, i wolno im w rzechach i w lesiech
wierzech Dniestrom do lisciego brodu wioxem
Dubnie i w matem Dubniexu do wiercho wiox-
miech i w irrai. A kłoby si wotapit na
moje stowo, sad s niem przed Panem Bogiem
i bedxi kłietstwa Boza na niem w daisiej-
sxy wiek i w bedaaxi. Kłathwomy ten list
swoj dali i pieczex swa praxwicili. A pisa-
no i dano we Lwowie w soboths miesiacxa
Klemuaria dwanaastego dnia liatha sexsexthys-
siaznego osmsethnego. A pisal Zacharia
Wiktorx. Wytozono jesth wlasthnie x Ru-
shiego na poloku praxemnie Jendrxaja w
kanexliarxyi wielkiego xisothwa kłetterobii-
go. - Nos itaq Sigismundus Augustus Rex
supplicationi⁽⁴⁾ praedictae annuentes litteras
jam insertas ex Ruthena lingua in Polo-
nicam fideliter verbas in omnibus clarum
punctis, clausulis, articulis et conditioni-
bus approbandas, ratificandas et confirman-
das duximus approbarnoque ratificarnus
et confirmarnus per presentes, decernentes, eas
omniague in eis autentia robur debita et
perpetua firmitatis obtinere debere. - Ita ta-
men si in usu et possessione illorum ipse

40
venerabilis Antonius Wladica hactenus per-
manuit. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum praesentibus est subappensum.
Datum Piotrowic in conventu regni no-
stri generali feria quinta post ferias Pen-
thecostes proxima. Anno Domini mille-
simo quingentesimo quinquagesimo quin-
to. Regni vero nri anno vigesimo sexto.
Joannes Alexei R. P. Cancell. S. C. Rela-
tio Magnifici Joannis de Alexieschino
Regni Poloniae Cancellaris generalis Cra-
coviensis. Notiniensis. Capit. Succ. Cracovien-
sis. -

A kopii wierzytelnej wystawionej przez
Ekspedyt Powiatowej Dyrekcji Skarbu
w Samborze pod dniem 1 lipca 1865



1) Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuanae, Russiae etc. dominus et heres. Significamus praesentibus literis nostris etc. Quod ad intercessionem serenissimae Dominae Isabellae Dei gratia Reginae Hungariae sororis nostrae charissimae pro famulo Georgio Pitteter consule Pracoviensi nobis factam, ipsi ac filio suo nato maiori Stanislao Pitteter ex certa sententia gratiaque nostra Regia eas prerogativas Pandas et concedendas Indivisiis, Divisiisque et concedimus. Harum serie literarum in primis Dominum eorum lapideam in civitate nostra Leopoliensi sitam a receptu omnium et singulorum hospitem cuiuscumque status et conditionis fuerint liberamus et eximimus ita quod nullos probris hospites in Dominum suam excipiant neque ad excipiendum sive per officium capitaneale sive per magistratum civilem cogi poterint nisi ipsimet soli spontanea voluntate sua aliquem excipere voluerint et in arbitrio eorum relinquimus; excepto eo si nos ipsos Leopoli esse contigerint, tunc hac prerogativa a non excipiendis hospitebus sese tueri minime poterint. Deinde facimus potestatem eisdem Georgio Pittetero et Stanislao filio suo, quod eisdem libertatibus et immunitatibus quibus mercatores et negotiatores civitatis nostrae Leopoliensis utuntur et gaudent ipsi quoque uti et gaudere debent cum mercibusque et negotiationibus suis cuiuscumque generis et speciei fuerint nullis exceptis more aliorum mercatorum Leopoliensium non solum ad alia quaecumque loca Regni et Dominionum nostrorum sed et ipsam eandem civitatem Camenecensem tam in eundem tempore redeundo deveniendoque libere commercare, proficisci, negotiareque; et insuper memoratos Georgium et Stanislavum Pitteteri ab iurisdictione quavis civili consulari et scabinali civitatis Leopoliensis eximimus liberosque et exemptos facimus. Quam quia quidem iurisdictione ipsi Georgius et Stanislavus Pitteterovae non tenebuntur parere neque respondere dimittantur coram tribunale nostro Regio exceptis pensionibus et oneribus. Atque nichilominus prestanda solvendaque more et consuetudine aliorum civium Leopoliensium (miejce wydate moqwe obje 1-2. stow) adstrictaque erunt. Dnas omnes superius recensiti (miejce wydate moqwe obje 1-2. stow) ad utriusque eorum extrema vite tempora illis (miejce wydate moqwe obje 2. stow) volumus demittentes mandantesque Generoso Sigismundo Ligera procuratore Regni nostri, Leopoliensi etc. capitaneo ac famulis proconsule et consules etc. civitatis nostrae Leopoliensis etc., ut commemoratos famulos Georgium et Stanislavum Pitteteri in eisdem libertatibus etc. conservent etc. In quorum omnium fidem et testimonium etc. Datum Bavaraviae feria secunda post festum sancti Martini proxima /16. Iulij/ Anno Domini 1556. Regni vero nostri Anno 27. Sigismundus Augustus Rex

m. p. | Patr. Leop. T 330. p. 40-41 |.

2). Casimirus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Pracoviae etc. Dominus et heres.
 Significans etc. Dioniam ~~adventuram~~ ^{attentis} virtutibus et meritis, serviciorumque constantia
 Nobilis Jwasko-Losinski Walachy servitoris nostri fidelis dilecti, quibus Magetate no-
 stra multipliciter extat comendatus gratisque se reddidit et acceptum horumque
 intuitu de liberalitatis nostrae munificencia sibi arcam alias Dworzysze in
 [miejsce w parcie wielkiej objętości] terra et districtu Leopoliensi sitam quam una cum
 [miejsce w parcie wielkiej objętości] a multis retroactis temporibus usque in [miejsce
 w parcie wielkiej objętości] et possedit cum omnibus eiusque censibus etc. ad ipsam
 curiam alias Dworzysze etc. spectantibus nihil iuris, proprietatis etc. ipsae cu-
 ria distincta existit situata etc. donatione perpetua et irrevocabili dedimus etc.
 donamus etc. graciosae, perpetuae et in eum presentis scripti patrocinio ^{per ipsum} ~~etiam~~
~~etiam~~ Jwasko et suos legitimos successores tenendum, habendum, utiturum etc.
 Jannis praefato Jwasko et presentibus concedimus in et super piscina per
 ipsam in praefata villa et fluvio Losina noviter disposita facta et instructa, molendinam
 aquaticam in quo omnes eandem ville emetones et incolae frumenta omnis generi
 prohibito voluntateque suis molere possint et poterint facienti, disponendi, edificandi,
 construendi et denovo erigendi plenam et omnimodam tenore presentium facultatem
 et potestatem. Ratione cuius quidam donationis municipatus Jwasko et successores sui
 legitimi ad custodiendum metas, granices et confinia terrarum nostrarum Poloniae
 ab insultibus, incursibus [miejsce w parcie wielkiej objętości] invasione Tartarorum sine
 quorumcumque aliorum [miejsce w parcie wielkiej objętości] nostrarum toriens quociens
 per nos aut capitaneum nostrum requisitus fuerit in limitibus duntaxat et grani-
~~ciis~~ [miejsce w parcie wielkiej objętości] literis terrarum in proprijs equis et expensis transi-
 re et custodire tenebuntur et debebunt. Postquam autem nos et capitaneus noster
 ipsam Jwasko aut eius successores intra metas et limites terrarum nostrarum
 ad custodiam huiusmodi mittere contigerit, est tunc ipsum pro huiusmodi via
 expensis nostris providere tenebimur et debeamus. Tenebunt etiam praefatus Jwasko
 et sui legitimi successores debebunt nobiscum aut cum capitaneo nostro
 Leopoliensi in terra et districtu Leopoliensi ad investigandum et fugandum feras
 alias ro obias transire ferasque ipsas investigare tenens quorum requisitus
 fuerit et oportunitate perpetuis temporibus ~~etiam~~ ^{diuturnum}. In cuius rei testimonium
 sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum in Leopoli feria sexta infra

actarias sacratissime Paschae | 8. Rvictoria | Anno Domini Millesimo Quadringentesimo
Sexagesimo Nono praesentibus etc. | Swastkowie | | Act. Leop. 5338. p. 150-153 |.

3). Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae etc. dominus & heres.
Significamus etc. Quoniam attentis virtutibus et meritis, serui | miejsce wydate większej obje-
tości | stantiam Nobilis Twasko Lozinski Gala | miejsce wydate większej objętości | paris
nostri fideles dilecti quibus mag | miejsce wydate większej objętości | multipliciter extant
comendatis gra | miejsce wydate większej objętości | reddidit et acceptam huiusmodi intente
| miejsce wydate większej objętości | litas nostra magnificentia sibi curiam alias Doo =
| przysze | in villa Lozina in terra et Districtu Leopoliensi | miejsce wydate większej obję-
i | storo | que una cum fratribus suis a multis retroactis | miejsce wydate większej obję-
i. storo | usque in hac tenus tenuit et possedit cum | omnibus | eiusdem censibus
etc. ad ipsam curiam alias Doozisce quolibet et ab antiquo spectantibus nihil
iuris, proprietatis etc. eamque late, longe et circumferencialiter prout in suis
metis, limitibus etc. ipsa curia distincta existit situate et locata ac limitata
donatione perpetua et irrevocabili ~~dedimus~~ dedimus etc. donamus etc. gratiose,
perpetue et in eorum presentis scripti patrocinio mediante per ipsam Twasko
et suos legitimos successores tenendum etc. Jamis praefato Twasko, praesentibus
concedimus in et super piscine per ipsum in prefata villa et fluvio Lozina
|alsa narratis doctissime talia sama jak w poprzednim dyplomie Act. Leop. 5338. p.
150-153; miejsce wydate większej objęci i. storo bami hostium; b) miejsce wydate większej
objęci jedne litery bami bis t. j. granicibus; zamiesz aut nos aut capitaneus
noster, aut nos aut capitaneum nostrum, zamiesz Twasko aut ~~non~~ eius, =
= ~~Twasko~~ aut ipsius, zamiesz intra metas = extra metas |. Actum
in Leopoli | data jak wyżej 5. 338. p. 150-153 | | Act. Leop. 5339. str. 1836-1839 |.

4). Universis et singulis etc. et praesertim honoratis Dominis Senioribus, Magistris
artificii et contubernii aurificum prefectis etc. salutem et felicitatem plurimam.
Nos Seniores, Magistri, et nomine totius contubernii aurifabrorum civitatis Cra-
coviensis Simon Zagrzebski et Joannes Laszanski significamus et recognosci-
mus per honestum Georgium Obaphicowicz artificium aurifabile, apud famulum
Martinum Laszki, alias Moderatum civem Cracoviensem aurifabrum, confratrem
nostro
Debite per quatuor annos didicisse, et contubernio nostro ita
ut fert artificii consuetudo in omnibus satisfecisse, ac se erga Magistrum
suum caeterosque sui ordinis honeste et laudabiliter gessisse. Nunc ob id
dominationibus vestris commendandum duximus, et merito commendamus, et

rogamus, ut hinc eundem prenominationem Gregorium Ostaphiciorum nostro
 hoc mediante eius virtutibus testimonio commendatum habeat, atque hic
 et ubique locorum si quod opus fuerit ad contubernium artificum admittant,
 permittendum evicissim Dominationibus vestris in omni genere officii
 semper quod studiosissime non estituros. In quorum etc. testimonium etc.
 subscribimus. Datum Cracovie II. Januarii Anno Domini 1595. Simon Zagzebel
 Krotnik starszy m. p. Jan Laszowski Krotnik starszy m. p. | Castren. Leopold.
 P. 35 i. p. 177-178 |.

5). Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnis Rex Lithvaniae, Russiae etc.
 significamus etc. Ita spectabilem et famulum Nicolaium Siedmiraczki civem
 Leopoldensem preclaris non modo a natura dotibus, sed etiam ab arte artificum
 instructum esse, ut illi merito primas partes inter eisdem artis homines hic
 in Regno nostro legentes tribuere possimus. Is enim tanta industria tantaque in
 arte ^(aria) perita excellit, ut gemmas, lapides, pretiosos aliaque claudiorum genera
 non modo excellenter opus exornare atque affabre circumducere optime novit
 et calleat. Verum in eius modi aestimandis veroque ac gemino precio tasandis
 miram inscripsit industriam. Primum ita pro usum habere illiusque opera
 rebus nostris applicare volentes eundem in numero servitorum nostrorum reci-
 piendum et discendum esse dicimus uti quidem recipimus et discimus
 presentibus literis nostris, ita ut prefatus Nicolaus Siedmiraczki civis Leopoldensis
 protectione auctoritatis nostrae sese ubique teneatur nulli iurisdictioni tam castrensi
 quam civili preter nostram iurisdictionem Regiam subiacere his denique omnibus
 libertatibus ac immunitatibus, quibus caeteri servitores nostri utuntur gaudeat et uti-
 ficetur. Quod omnibus et singulis quorum interest praesertim vero magistratibus
 quibusvis in Regno nostro et Magno Ducatu Lithvaniae demerentes, mandamus
 ut prefatum Nicolaium Siedmiraczki pro vero et legitimo servitore nostro habe-
 ant etc. Datum Warschoviae die XI mensis Novembris Anno Domini MDCXI regnum
 nostrorum Poloniae XXIV. Sueciae vero Anno XVIII. Joannes Octavianus Warsavore
 m. p. Sigismundus Rex m. p. | Castren. Leopold. P. 366. p. 38-39 |.

Inducta Relationum Cast. Leop. t. 356 p. 147-152 :

Oblata privilegij Nobilitatis Prokcow p. Sacra Caesarea Maiestate. BJ

Veniens personaliter ad officium Actaque praesentia ^{Capitanealia} castronsia Leopoliensia Nobilis Josephus Prokox Wolffowicz Civis Leopoliensis obtulit et exhibuit officio praesenti litteras Pergameneas sibi et fratribus suis in litteris eidem descriptis super Gemma ibidem expressum ac Nobilitatis Confirmationem servientes manibus proprijs Sacrae Caesareae Maiestatis scriptas Rudolphi Secundi Romanorum Imperatoris et Henrici Joannis Barwicz Notarij Subscriptas et Sigillo Maioris Cancellariae eiusdem Caesareae Maiestatis communitas petens easdem Actis praesentibus ^{Actis} ^{libris} ~~libris~~ ^{ingrossari} ~~in~~ ⁱⁿ ~~scribi~~ cuius petitioni rite iuxta officium praesens benigne annuendo litteras praefatas cum ea quae decet reverentia susceptas nulla in parte suspectas Actis praesentibus ingrossari mandavit. Quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur utque talis: Rudolphus Secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator Semper Augustus ac Germaniae ~~et~~ Hungariae, Bohemiae, Dalmaticae, Croatiae, Slavoniae etc. Rex Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carintiae, Carniolae etc. Marchio Moraviae etc. Dux Luxemburgiae ac Superioris et Inferioris Silesiae Witemburgiae ~~et~~ ^(sive videlicet) Princeps ^(sive videlicet) Comes Hasspurgi, Tyrolis, Ferraris, Tyburgi et Goritiae Landgravius Alsaciae Marchio Sacri Romani Imperij Burgoviae ac Superioris et Inferioris Lusatae Dominus Marchiae Slavoniae Portus Naonis et Salinarum Fidelibus nobis dilectis Joanni Melchiori et Josepho Scholtzis fratribus gratiam nostram Caesaream et

omne bonum Imperatoriae Sublimitati nostrae
omnino convenire arbitramur ut eos qui nobis et
Sacro Imperio Romano Sclitaneque Domini no-
strae Austriae sincera fide atque observantia de-
diti et adiecti sunt favore nostro benigne prosequa-
mur debitisque ho^{norum} praemiis quibus posteris etiam ad
sectanda virtutis atque honestatis studia, calcar ad-
datur clementer augeamus. E docti igitur fide digno
eum testimonio vos praenominatos fratres Joan-
nem Melchiorum et Josephum Scholtzios praeter
eximiam vitae et morum honestatem quam secte-
mini singularem etiam erga nos et Sacrum Im-
perium Sclitanamque nostram Austriae Domum
observantiam praee vobis ^{Caesareae} ut non modo comproban-
dam sinceram fidei atque devotioni nullo unquam
loco aut tempore defuturi videamini sed etiam
relictos quondam Stanislai patris Vestri filios Wolff-
gangum Matthasarum et Erasmum Scholtzios om-
nesque posteros vestros ad idem bene morandi stu-
dium excitaturi sitis. His equidem rationibus ducto
praetermittere nolimus quin Caesarem benigni-
tatem nostram insigni aliquo beneficentiae argu-
mento requiritam et testatam relinquere mus. Motu
itaque proprio ex certa nostra scientia animo bene
deliberato ac de Caesareae potestatis nostrae pleni-
tudine vos praedictos fratres Joannem Melchiorum
et Josephum nec non Wolfgangum et Erasmum
Scholtzios vestros ex patre patruelos omnesque et
singulos posteros et descendentes vestros legitimis u-
triusque sexus natos et perpetuis temporibus nascitu-
ros ad eorum statum gradum et ordinem nostro-
rum et Sacri Romani Imperii Nobilium assu-
mimus et aggregamus, vosque vigore praesentium

14
omnes iuxta qualitatem humanae conditionis
non solum vere et tanquam de nobili genere
domo et familia proquatos Nobiles verum etiam
cum in patria vestra permulti non vestrae qui-
dem agnationis aut stemmatis sed eiusdem cognos-
civinis inveniantur ad differentiam Scholtzios
a Wolffowicz dicimus et nominamus atque ab uni-
versis et singulis dici nominari haberi et reputari vo-
lumus praesentique edicto nostro caesareo sacro
decernimus quod vos supradicti Scholtzij a Wolffo-
wicz cum universa prole et posteritate vestra legiti-
ma utriusque sexus ubique locorum et terrarum
tam in Sudicij quam extra in rebus spiritualibus
et temporalibus Ecclesiasticis et profanis quibuscum-
que nec non in omnibus et singulis honoribus di-
gnitatibus officiis iuribus libertatibus insignibus pri-
vilegiis praerogativis gratiis beneficiis et indulgiis
uti fieri poterit et gaudere possitis et valeatis quibus
caeteri nostri et Sacri Romani Imperij Viri Nobiles
utuntur fruuntur potiuntur et gaudent quomodoli-
bet consuetudine vel de Jure Ut autem nostris hu-
ius beneficii perpetuum extet testimonium status-
que nobilitatis vestrae clarius splendeat idcirco
Vobis praedictis Scholtzij a Wolffowicz liberisque hae-
redibus posteris et descendentes legitimis mascu-
lis et feminis natis interaque serie deinceps
nascituris antiqua armorum insignia non solum
confirmanda et approbanda sed benigne etiam
augenda et amplificanda paximus sicuti prae-
solutum vigore confirmamus approbamus auge-
mus et amplificamus ac quatenus opus est eo
quo sequitur modo de novo gestanda et deferenda
comediimus atque largimur Sicutum videlicet seun-

dum latitudinem in duas partes aequales divi-
sum quarum inferior nigra superior rubra exis-
tat ambae vero partes in scuto medio annulum
aureum constitutum habeant a quo tum in dex-
trum tum in sinistram latus glans querna vi-
ridi coloris ascendat in inferioris autem partis
basim unica se puncturat glans dimittat tri-
angulum intra se constituens Scuto incumbat
loco clausae qua hactenus usi estis galea aperta
clathrata Tornearia vulgo dicta ab utroque latere
phaleribus sive laciniis rubris atque nigris mi-
tim defluentibus ac corona regia superimposita
exornata ex qua emineant duo cornua bubu-
lina pro medietate quemadmodum ipsum scu-
tum coloribus divisa ^{et} praeiicijs suis invicem ^{re-}
versa quae tres glandes unius rami inde pectus
excrecentis excipiant quemadmodum haec om-
nia in medio praesentis nostri diplomatis ob-
opulos proposita et suis coloribus rectius elaborata con-
spiciuntur Volentes ac sacris decernentes quod vos
supradicti fratres Joannes Melchior et Josephus
nec non Wolfgangus Waltasar et Erasmus Schott-
sij a Wolffowicz patruces vestri supradicti et no-
minati liberi haeredes posteri et descendentes ve-
stri legitimo foedere conjugij orti ac infinitum
~~generaturum~~ masculi et feminae huiusmodi ar-
morum et nobilitatis Insignia eo quo in su-
perioribus habentur modo perpetuis deinceps tem-
poribus in omnibus et singulis actibus pueri-
lijs et expeditionibus tam serio quam ioco in tor-
neamentis hastiludijs seu hastatorum dimica-
tionibus equestribus vel pedestribus in bellis duellis
singulariter ^{libus} certaminibus et quibuscunque pugnis

eminens conueniens in scutis bannerijs vexillis tou-
 torijs penotaphijs sepulchris parietibus annulis si-
 gnatorijs fenestris lacunaribus tapetibus ortijs
 sigillis aedificijs et suppellectilibus tam in rebus spi-
 ritualibus quam temporalibus et mixtis in locis om-
 nibus pro rei necessitate et voluntatis arbitrio a-
 liorum Nobilium annigerorum more libere ^{et} abs-
 que ullo impedimento habere gestare et dehere
 ac iidem quocumque modo uti possitis et vales-
 tis Aptique sitis et idonei ad inuendum aut reci-
 piendum omnes praerogativas gratias libertates
 exemptiones perinde iura vocaciones a muneribus
 et oneribus quibuscumque realibus et personalibus
 sive mixtis ad utendum denique singulis privi-
 legijs quibus caeteri a nobis et Sacro Romano
 Imperio huiusmodi ornamentis insigniti et feudorum
 capaces atque participes utuntur fruuntur pro-
 truntur et quidem quomodolibet consuetudine
 uel de iure omni contradictione ac impedimento
 cessantibus Mandantes proinde universis et singulis
 Ecclesiasticis et saecularibus Principibus Electoribus
 Archiepiscopis Episcopis Ducibus Marchionibus Co-
 mitibus Baronibus Militibus Nobilibus Clientibus Ca-
 pitaneis Vicominis Advocatis Praefectis Procu-
 ratoribus Officialibus Quacatoribus Censum Magi-
 stris Iudicibus Consalibus Regum Heraldis et Ca-
 duceatoribus ac denique omnibus nostris et Sacri Ro-
 mani Imperij subditis et fidelibus dilectis cuius-
 cunque status gradus ordinis conditionis et digni-
 tatis extiterint ut vos saepe nominatos fratres Jo-
 hannem Melchiorum et Josephum nec non Hoff-
 gangum Walthasarum et Erasmum Scholtios

a Wolffowicz liberosque poeteros haeredes et descen-
dentes vestros legitimo thoro ortos ac infinitum
orturos omnibus et singulis Privilegijs gratijs li-
bertatibus concessionibus et Juribus praesenti no-
stro diplomate elementer concessis eo quo in su-
perioribus habetur modo pacifice quiete et sine
omni prorsus impedimento uti fuisse potiri et gau-
dere sinant atque id ipsum ab alijs fieri curent
Si quis autem praesens Edictum nostrum ausu
aliquo temerario transgredi et violare conatus fue-
rit is praeter gravissimam nostram et Sacri
Imperij indignationem Quinquaginta Marca-
rum auri puri ultam Sine seu pecunia nostro
Imperiali et parti laesae ex aequo omni spe ve-
niciae sublata solvendum se noverit ipso facto in-
cursum Harum testimonio litterarum manu
propria subscriptarum, et Caesarei Sigilli nostri
assensione missitarum Datum in aede no-
stra Regia Praegae die decima quarta mensis
Octobris Anno Domini Millesimo Quingentesi-
mo Nonagesimo quinto Regnorum nostrorum
Romani Vigessimo Hungarici Vigessimo quar-
to et Bohemici Vigesimo primo Rudolphus m. p.
Jo: H. Breymond ad mandatum ^{Caesare} Caesareae
Majestatis proprium Jo. Baruitius m. p.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

17

Actum in Curia Regia Varaviensi Feria ter-
tia in Crastino festi omnium Sanctorum An-
ni Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo
Secundo.

Ad. Officium et Nota presentia Castrensia Capitani
Varaviensis personaliter veniens Magister Georgius
a Steneyn Rocoliniski thesaurarius Curia
Regni Polonensis Adrelicensis etc. Capitaneus
et Gnaorus Andreis Rey de Magtownice In-
tiularius familiaris Regia Majestatis Sueciae
eidem officio presentia Sancta inter disiden-
tes Religionis Graeca manu Reverendissimi Bla-
dislai Principis Poloniae et Regis Sueciae
subscripta, et Sigillo communita, ad inges-
sam in Nota presentia Castrensia Capitani
Varaviensis obtulerunt de tenore tali.
Sancta nypukarunia obyvatelov Korovnych
y Yt^{re} x^{re} Katorokiego Narodu Puckiego
w Religiiy Grackiej bedacych, pruz
Stawomiejowego Krola Yt^{re} x^{re} Szwedackie-
go Wladystawa Pierwszego ad affectatio-
nem wazythkiej Prucyptey, pruz Repu-
tatach utrinusq. gentis et ordini namowione.
Najswiad. Wolne odprawowanie Sakonen-
stwa, y Sakramentow sw. Administratio,
Cerkwie y poprawowanie y nowych sw. wy-
ranych Konwensow Yt^{re} x^{re} sw. M^{ce} m^{ce} m^{ce} m^{ce}
nie y budowanie, tudziei Szpitalow Semi-
naryi Szkol Typographij y wokolny do Wro-
dow Miastkich przygotow w Uniey nie beda-
cym, ni wazythkim Miastach y Miastecz-
kach. Dobre Prucyptey. Prucyptwa Cerkwie
nie wazythkie in genere Katorokowickie sw.
dotydz w Niewnitow, takie y te ktore pruz
nich na potym beda inestituowane x sw.
mi Cerkwiarni maie, bydz pruz nich in pa-
cifca powone et libero exercitio. Metropo-
lit. Katorocki w Uniey bedacy ma miee sak-
ramentow et titulum nad wazythka Prucis
w Uniey bedacy, y jego. Katorockowickie. a do-
bra do Metropoly malince pruz Teraminy.

ozym Siedm Metropolitice maia xostawac z Mo-
nasterem Wydubickim, a prvot decessum iego
te dobra, ktore w Wojewodstwie Kirowskim,
do swistej Katedry Koptiey nalezace, ma-
ia sie do teyze Cerkwie swistej Koptiey
wrocic albo in correspondencia od Karola II^o
Mie y Rzeczyptej nadane beda, ktora to
Cerkwie swistej Koptiey Kirowska x Podda-
nemi na placach tudziez w koto niczy beda-
cemi przy Nicuniatkach ma xostawac y przy
Metropolitice Sacerz od Patryarechy Konstan-
tynopolohiego maiacego, ktory xawoze x pro-
szedku Pralacty Narodu Ruskiego we-
dlug dawnych praw y umowien od Ducho-
wnych y obywatelow Koronnymch y II^o A-
letowskiego teyze Religiey Greckiey nie
w Uniey beda, ych ma byc obierany, y od
Karola II^o Mie upragniwionany. Co sie y o
Lwowym Duchim Przeworskim, Macista-
wskim Wladyskach, y Teczarskim takie
Uniewskim Archimandrytach ma rozu-
miec. Wladyslaw Przemyslski jako y Lwo-
wski przy Nicuniatkach ma xostawac xa-
woze ze wrotychmi dobrami y przy na-
leznosciami x dawna naleznosci. Dozwolice
iednak Terawicy owego Siedra Krupieckie-
go albo podobny na inoze nie prvotapi ma-
wcale xostawac y obywateli tamiesni o-
brae sobie maia Wladyska Nicuniatka, kto-
remu od Karola II^o Mie przywilego da Jan
Drog na Seymie Coronationis Przymiley by-
daz dany y xupetna Jurisdiction miec be-
dzie nad wrotychmi w Nicuniey beda, cemi,
a na residentia Monaster x Spasa, swistego
Anoplergia, y nazwany Smolnica maia mu
bydz ex nuni dane, a dotad podob Terawicy
szy Siedra Krupiecki in persone tego Wla-
dyslaw xostawac bedzie na hardy Drob po-
dwa tyzica xlotych temu Wladysce przy-
wileg da Drog Karol II^o Mie y Przemyslski
lita ma naznacze. Post xorum xas albo
decessum Siedra Krupieckiego pomieniony

18
Niewiast Wtadyha x Kapitula omg may
wolen będxie obiaz Wtadyctwo, y wonytkie
dobra Wtadyctwa tego bez wzestakiej furze.
sxhody

Handwritten text in a cursive script, likely a signature or a short note, located at the top of the page. The text is mirrored across the fold, appearing on both the left and right sides of the top edge.

